


A N A S T A S I I
 G E R M O N I I
 I . C .
 A R C H I D I A C . T A V R I N E N .
 E T
 S . D . N . P A P A E
 V . S . R E F E R E N D A R I I .
 A S S E R T I O L I B E R T A T I S
 Immunitatisq. Ecclesiasticæ,
 Q V A R E S P O N D E T V R E T I A M
 Peregrino, Othelio, & Scayno iurium in Patauino
 Gymnasio Professoribus.



R O M A E, Apud Haeredes Aloysi Zannetti. M. D C. VII.

S V P E R I O R V M P E R M I S S V.

Sumptibus Augustini Arditi.

S.^{MO} P. PAVLO V.
S. R. E. S V M M O.
AT Q V E O P T I M O
P O N T I F I C I.
ANASTASIVS GERMONIVS F.



R D V A M nimis suscepisse
Provinciam fateor: sed lubens,
ut virum decet Catholicum,
Ecclesiae Alumnum, & Tibi Pa-
ter Beatissime deditissimum,
onus mihi impositum, et si
grauius valde, sustinere tamen
sum conatus. Rem forsitan al-
tius repetuisse dicar: cum Peregrinus, Othelius, &
Scaynus, quorum responsa examinare, illisq. dum-
taxat respondere, propositum erat, inter civilis scien-
tiæ cancellos se videantur continuisse. At verò cum
animaduerterem aliquos, qui causam, qua de agitur,
tuendam acriter, (ne dicam inaniter, turpiter, & in-
religiose) sumpserant; qui que sacro sancto Theologi
titulo abutuntur, sublimius negotium aggressos:
adeo, ut non modo facri Ordinis exemptionem, Ec-
clesiæq. libertatem pro nihilo putauerint: verum in
pluribus etiam profanam Sacrae politiam anteferte,
supremamq. Christi Vicariatus à Deo optimo maxi-
mo traditam auctoritatem non tam imminuere,
quam ausu quodam temerario deprimere enixi sint:
tum me continere haud potui, quin & illis aliqua ex
parte satisfacerem. Quamuis enim appareat longe
deterius eiusmodi prætensos Theologos scribere,
quam Princeps, & Senatus Reipublicæ Venetæ sen-

ANASTASI^I GERMONII

I. C.

Archidiaconi Taurinensis, & S. D. N. Papæ
vtriusq. Signaturæ Referendarij.

ASSERTIO LIBERTATIS IMMVNITATISq. Ecclesiasticæ, qua respondetur etiam Peregrino, Otbelio, & Scayno, iurium in Patauino Gymnasio professoribus.

CAP V T PRIM V M.



Quidem mirari satis non possum, quod nobilissima, & florentissima Ciuitas nō a barbaris, aut Idolorum cultoribus, sed ab humanis, Christiq. fidelibus condita, sanctis eruditâ moribus, optimis munita legibus, hodie in tantum lapsa sit errorem, ut relictis(ne dicam contemptis) maiorum suorum institutis, violatis promissis, etiā

sæpius iuris iurandi religione fancitis, & gloriæ per tot secula a acquisitæ dignationisq. immenis sumptibus partæ, ac summæ erga Deum pietatis, religionis, quod illi proprium esse videbatur, atque deuotionis oblita, summo Romano Pontifici, vniuersitati omnipotentis Dei filii in terris Vicario, Petri Apostolorum Ducis successori, & omnium maximo vniuersitati Christianæ Reipub. Principi debitam, obedientiam, & reuerentiam prestare recuset. Neque verisimile est amplissimum Venetiarum ordinem tot illustribus patribus eximio præstantibus ingenio frequentem nolle videri, & esse melioris longè conditionis, seu maioris pietatis, quam sint, quotquot sunt, & fuere nationū populi.

*a Greg. viij. lib. 2.
epist. 39. Card. Baro.
Ann. 10. 8. An
no 630. prop. finē.*

*Blondus de Orig.
& Gestis Venet.
& in d. regione
Sabellic. Decad.
1. lib. 1.*

A Nulla

quin aliquid causē , qua de agitur , vtilitatis & fructus
afferant . Quod faxit Deus Omnipotens , cui honor , &
gloria , vna cum ciuīs vnigenito Filio Christo , & viuifi-
cante Spiritu Sancto , qui ab utroque procedit , in sem-
piterna secula . Amen .

S. Sociedad Nacional de Periodistas - Es la más antigua y más importante de las organizaciones periodísticas en el país.

